

quod iguominiam vero, convitium, scandalum vel rixas creare possit, e contra omittatur.

22.

Scriba eligatur ad biennium sicut et quaestor.

23.

Nemo in loquendo alterum praecipitet, vel in ejus sermones nondum absolutos imprudenter et impudenter cum *ἀταξία* et scandalo irruat.

24.

Novelli fratres homagium stipulata manu Illustrissimo Dn. comiti, conventui et Consistorio deponant, sic que hisce legibus sancte subscribant.

25.

Juniores senioribus reverentiam, silentium, honorem et modestiam in verbis, factis et gestibus exhibeant.

26.

Post preces et acceptationem neohyptorum leges conventuales praeclegantur et conventuales fratres de observantia moneantur.

27.

Examen praetoris loci, presbyterorum, aedilium, ludimoderatoris et pastoris censurati accurate observandum.

28.

Censura fratrum quotannis bishabeatur, et huic fratres placide et fraterne in silentio subscribant.

29.

Inspector sive praeses interroget de rituum conformitate, scholis, presbyteris, officariis, politicis, ludimoderatoribus, pauperibus, concione, catechisatione et toto coetu auditorii.

30.

Gravamina generalia et specialia a fratribus deposita examinentur.

31.

Quaestiones theologicae injunctae cum suis responsionibus et textus praescripti dispositionibus Inspectori exhibeantur, ubi opus fuerit addantur nonnulla, quae juniores calamo excipere poterunt.

32.

Divulgans acta Conventus multandus est $1\frac{1}{2}$ floreno. NB. proverb 25. 9 et 20. 19.

33.

Ministerium evangelii a quolibet fratre fideliter, pie, constanter, diligenter, sancte, *ἐντακτος και ἐνσχισμως* in vita, doctrina, cruce et patientia ad mortem usque juxta tenorem scripturae sacrae obcundum.